

R. P. D. THOMÆ

DELBENE,

CLERICI REGVLARIS,

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORIS,

In Vrbe Examinatoris, Sancti Officij Qualificatoris;
Aliarumque SS. Congreg. Consultoris.

TRACTATVS

DE

IVRAMENTO;

IN QVO DE EIVS ET VOTI RELAXATIONIBVS,

irritationibus, commutationibus, & dispensationibus; necnon de mendacio,

periurio, adiuratione, ceterisque ad ipsa pertinentibus

eruditissimè tractatur.

Joan^{co} Marquez

CVL DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

ad hanc materiam spectantes accedunt.

Opus utriusque foro admodum utile & necessarium.

NUNC PRIMUM PRODIT IN LUCEM



Sumptibus IOANNIS ANTONII HUGVETANI
& GVILLIELMI BARBIER.

M. DC. LXIX.

CVM APPROBATIONE ET PERMISSV






EMIN.^{SSIMO}, ET REVER.^{SSIMO}
PRINCIPI
S. R. E. CARDINALI
LEOPOLDO MEDICEO
THOMAS DELBENE,
CLERICVS REGVLARIS.

P *AR non erat (EMINENTISSIME PRINCEPS, ad fulgorem Orbis Christiani nate) ut in choro applaudentium populorum mea-
vnius vox desideraretur, aut ipse, velut rupta fi-
des, in testudine Ordinis ad lætitiæ melos non con-
sonarem. Quoniam, etsi aliàs silentium ipsum sus-
fragium est, hinc tamen, ubi ad Dignitatis Tuæ ce-
lebritatem Senatus, Populusque votorum explicatione concurrir,
suspicio est, si quis gaudium suum non modò premere possit, sed vel
temperare. Tua siquidem est illa mater Magnatum familia, qua
nequaquam amplissimi patrimonij finibus definita, diu propagine
Austria Archiduces dedit, Gallia Reges, Orbi insulatos Pontifices,
Urbi purpuratos Patres, omnibus omninò hominibus conspicuos, Ro-
ma salutare. Et quemadmodum Constantinopolitana, sed accepta
Romà delicia erant, in Purpura nasci (unde & Porphyrogeniti no-
men) ita Tu non in Purpura tantum, sed in auro nasci debuisti.
Sed multorum in Purpura nasci, Tuum in maiestate, ac virtute, qua
MEDICEORVM Purpura est. Alij Purpura pulchri sunt,
MEDICEI æterni. Tuam igitur nonam adorans Purpuram,
pietate sacram, potestate Principem, titulo MEDICEAM,
gratiori apparatu animum meum prodire non possum, quàm ut tibi
tam interim hoc opus sistere, quod Tuum esse volui, & quidem velle
debui. Enimvero quam Tu huius iuris ultra ordinem sis consultus,
non tam testor ego, quàm miror, moueorque, quoties in Tua Regia*

TRACTATUS DE IVRAMENTO.

CAPVT PRIMVM.

DE NATVRA, ET ESSENTIA IVRAMENTI, ut sic, seu in communi, in genere, vel vniuersali.



DVBITATIO PRIMA.

Quid sit Iuramentum?

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum dicitur à Iure; quia iniquitate ius haberi debet: unde passim Insurandum appellatur.
- 2 Iuramentum vocatur etiam Sacramentum, quatenus est signum diuini testimonij, quod adducitur in ipso iuramento.
- 3 Iuramentum est Inuocatio Diuini Nominis ad fidem faciendam, vel ad promissionem firmandam.
- 4 Iuramentum dicitur Inuocatio, non Enunciatio; quia Enunciatio, Deum esse testem auium, non est Inuocatio: sed quoniam propositio spectans ad fidem, vel scientiam naturalem.
- 5 Deus solus, cum sit qui nec fallere, nec falli potest, in iuramento inuocatur, et fidem faciat, &c.
- 6 Qui iurat, non petit absolute, quod Deus nunc esset, sed quod dicendum ipse voluerit.
- 7 Qui iurat, non inuocat Diuinum Nomen per modum Orantis, sed per modum Attestantis. Vide ibi similitudines alatas.
- 8 Periurium est graue peccatum; quia, qui falsum iurat, quantum in se est, facit Deum approbare, et testem falsi; quia est graue iniuria in Deum.
- 9 Ad Inuocandi essentiam duo requiruntur, Inuocatio scilicet iurandi, & Luctio, qua Deus aduocatur in testem: altera esturum desiciente, non est iuramentum. Vide ibi exempla in explicatiuone doctrinae.
- 10 Inuocatio in definitione iuramenti sua loco gerit.

Tom. I.

neris; quia etiam Deus inuocatur per orationem; ad fidem autem faciendam, vel ad promissionem firmandam, fit loci differentia.

- 11 Iuramentum est facti: omnia controuersa, cum per iuramentum manifestentur, & confirmentur veritas.
- 12 Iuramenti duplex est operatio: aut enim quisquam ei, qui audit, facit fidem veritatis: aut alius per iuramentum offert necessitatem, ut minime mentiar.
- 13 Iurantes ex ira non intendunt proprie iurare, sed potius maius imprecari, vel iram demonstrare: ideo non intendunt, vel fidem facere, vel se obligare.
- 14 Iuramentum Gentilium non est iuramentum verum, sed iuramentum putatum: Inuocatio enim falsarum Deorum non est veri, & proprie iuramentum, sed in existimatione Gentilium: Quod satis est, ut perini consentiant, & grauius peccent, si iuramentum non obseruent.
- 15 Sicuti grauius peccat, qui non obseruat preceptum, vel votum, quod putat habere, cum tamen non habent.
- 16 Iuramentum violens factum per falsos Deos, est periurium, & grauius peccat in doctrina Augustini.
- 17 Iuramentum factum à fidelibus per falsos Deos, non est verum, sed putatum; nec obligat, nisi ex conscientia errata.
- 18 Iurare falsos fideles per falsos Deos, non est mortale, nisi forte, id fecerint serui, vel ad imperium tyranni, ut falsi Deo honorem deferant.
- 19 Infidelis iurans falsum per Iouem, vel promissionem iuratum per eundem Iouem non firmans, est periurum; quia tenet Iouem esse verum Deum.
- 20 Iuramentum factum per falsos Deos nullum dat

A contra